This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX PP8G

Ga 9.152

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Henry Longueville Mansel.

ÆSCHYLI

TRAGŒDIÆ.

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECENSUIT,

INTEGRAM LECTIONIS VARIETATEM NOTASQUE

ADJECIT

AUGUSTUS WELLAUER.

VOL. II.

AGAMEMNONEM, CHOEPHOROS, ET EUMENIDAS,
ITEMQUE INDICES CONTINENS.

CANTABRIGIÆ:
SUMPTIBUS W. P. GRANT.
VENEUNT LONDINI APUD R. PRIESTLEY.
MDCCCXXVII.

Ga 9.152

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908.

LONDINI: EXCUDIT T. DAVISON.

8106.35

PRÆFATIO.

Alterum hoc Æschyli volumen in lucem edens, quum neque consilium, quod in priore parte secutus sum, mutaverim, neque nova accesserint editionis adjumenta, quæ quidem singulari commemoratione digna sint, præfandi negotio supersedere facile possem, nisi hanc mihi non jucundam sane necessitatem imponeret vir doctus, qui prioris voluminis censuram egit in Ephemer. litter. Jen. 1824. p. 217. seqq., Carolus Reisigius Thuringus, (ipse enim, quæ est viri illustris ingenuitas, se illius censuræ auctorem esse dissimulare noluit) qui quum nonnulla illic a me disputata magis minusve recte, sed paullo acerbius atque iniquius omnia, vituperaverit, de quibus in Appendice disserendi locus erit, tum in varia lectione a me collecta plura fere desiderari quam inveniri monet. Cujus criminis ut me coram lectoribus aut reum confitear, aut insontem coarguam, jure a me exigi potest. Sunt autem tria potissimum, quæ

objurgat Reisigius, quorumque alia recte monet, in aliis non ea, quæ vituperatorem decet, circumspectione utitur, neglectos enim a me dicit codices a Vauvilliersio collatos, neglectos eos, quorum lectiones publici juris fecit Faehsius, et ne Buttleri quidem atque Blomfieldii copias satis accurate adhibitas. Jam quod ad Francogalli libros attinet, id sane a me commissum esse pudet me atque pœnitet, ut, quum a Blomfieldio varias lectiones ex iis laudari viderem, omnes ab eo laudari putaverim, tantumque indulserim pigritiæ meæ, ut librum a Blomfieldio adhibitum non mihi quoque ipsi inspiciendum esse statuerim. Id autem male a me factum esse, quum Blomfieldius eas quidem lectiones, quæ alicujus momenti essent, sed non omnes attulisset, brevi post editum a me librum ab amicis commonefactus, statim omnes, quotquot omiseram, lectiones alteri volumini subjicere decrevi, id quod jam factum est. De Faehsiano autem libro alia res est, quo diligenter perlecto, quum intelligerem, nihil fere novi, quod quidem alicui usui esset, a Faehsio in medium prolatum esse, sed omnes Æschyli codices, quos usurpavit, ab aliis jam ante collatos esse (id quod et Faehsium ex parte fugit, et Reisigium latuit), tantum me illius libri tædium cepit, quanto ab recocta crambe abhorrere

soleo. Sed jam tædium quoque hocce non minus quam pigritiam illam auctore Reisigio feliciter vici, et has quoque varias lectiones ad calcem libri enumeravi. Sed hæc res postulat etiam, ut, quod jam in priore volumine facere debebam, codices Parisinos paullo accuratius describam, idque mox faciam, postquam, quod tertio loco mihi objecit Reisigius, purgavero. Ut enim ne iis quidem lectionibus, quas Brunckius et Buttlerus attulerunt, me satis diligenter usum esse demonstret, ex primis CCL Promethei versibus exempla quædem omissarum a me lectionum congessit, quæ, si aut omnia vera essent aut totidem in reliquis quoque a me neglectas esse inde sequeretur, turpissimæ profecto incuriæ me arguerent. Sed statim quod primum reprehendit, me v. 28. ἀπηύρω ex Regg. A. B. non laudasse, id nihili est faciendum ; ἀπηύρω enim illo loco vulgata est lectio, quam quum in textu dederim, in nota autem monuerim, ἀπύρω in Ald. ἐπηύρω in Med. et cod. Steph. legi, quisque intelligit, ἀπηύρω non solum in Regg. A. B., sed etiam in reliquis libris omnibus præter eos, ex quibus aliam lectionem attuli, legi, et si Regg. A. B. nominassem, eodem jure reliquos quoque codd. et edd. omnes enumerandos fuisse. Nam si id postulatur, ut ii quoque libri, quibus vulgata lectio nititur,

enumerentur, ad singulum quodque Æschyli vocabulum libri omnes et manu scripti et typis exarati enumerandi sunt. Illam contra rationem mihi tenendam esse putavi, ut, in qua lectione et codices et editiones omnes consentiunt, de ea nihil monerem, sicubi autem diversitas aliqua esset lectionis, eorum tantum librorum lectionem afferrem, qui a vulgata recedunt, ex quo sperabam fore ut facile quisque intelligeret, reliquos libros omnes, de quibus nihil monuissem, in vulgata consentire; eandemque rationem et ab omnibus omnium scriptorum editoribus observatam vidi, neque Reisigium ipsum aliter facturum fuisse mihi persuasum est. Eodem redit, quod miratur, me, quum ad primos Promethei versus codicis Reg. O. lectiones enotaverim, non ipsas codicis lectiones, sed varias lectiones ad marginem libri notatas attulisse, quod recte feci, illæ enim non differunt a vulgata, neque Faehsius ipse eas attulisset, nisi propter variam lectionem adscribere debuisset. Ejusdem generis complura sunt, quæ singula recensere nolo, quum jam longior fuerim quam operæ pretium est. Mox ad v. 54. glossam in margine Colb. 2. scriptam a me omitti queritur, sed non meum erat colligere scholia, nisi si in qua forte glossa veræ lectionis vestigium latet. Reliquæ sunt variæ lectiones

nonnullæ aut suprascriptæ in codicibus aut ad marginem eorum notatæ, quarum non diffiteor nonnullas me, in primis maxime paginis, consulto omisisse, alias forsitan me fugisse, sed neque magni illæ momenti sunt, neque in sequentibus quidquam ejus generis, quod quidem sciam, a me omissum est.

Sed hactenus de Reisigio. Venio ad codices Parisinos, de quibus nonnulla me moniturum esse pollicitus sum. Sunt autem omnino decem Æschyli codices ex bibliotheca Regia collati a viris quatuor, Askevio, Brunckio, Vauvilliersio, Faehsio; quorum primus quatuor libris usus est, qui Buttlero et Schützio audiunt Ask. A. B. C. D., a Blomfieldio et me vocantur Regg. G. H. K. L. Priores duo uno continentur volumine, quod tum temporis numero 3320. insignitum fuit; tertius tunc fuit No. 3330., hique tres Prometheum, Septem contra Thebas, et Persas continent; in quarto, tunc temporis No. 3521., tribus illis tragœdiis accedunt Eumenides et Supplices. Hoc usus videtur Robortellus, cujus editionem Triclinii recensionem exhibere non dixerim cum Hermanno in *Classical Journal* xxxviii. p. 286. De Victoriana idem majore jure dici possit, quæ cum cod. Farnesiano semper fere consentit.

Brunckius duobus usus est codicibus, No. 2884. et 2787., quos Regg. A. B. nuncupavimus, quorumque uterque Prometheum, Septem contra Thebas, et Persas continet.

Vauvilliersius quinque codices contulit, quorum priores quatuor descripsit in *Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque du Roi* vol. i. Illorum primus, Reg. C., No. 2789. (p. 281—299.) Prometheum continet, Septem contra Thebas, et Persas. Hoc codice usus videtur Turnebus, pleræque enim variæ lectiones, quas ad libri calcem commemorat, cum hujus codicis lectionibus consentiunt. Alter, Reg. D. No. 2790. (p. 300—306.) Prometheum continet; in tertio, Reg. E. 2782. (p. 307—317.) Prometheus et Septem contra Thebas leguntur, in quarto, Reg. F. No. 2788. (p. 318—323.) Prometheus, Septem contra Thebas, et Persæ. Horum descriptionem inde a p. 324. alius libri No. 2791. descriptio sequitur, qui illis non est adnumerandus. Est enim Isaaci Casauboni manu scriptus et continet Agamemnonem cum Casauboni notis et observationibus. Sed in earundem Notitiarum vol. iv. p. 89—106. quintus describitur codex Reg. N. No. 2783., qui Prometheum, Septem contra Thebas, et Persas continet.

Faehsius denique tres Æschyli codices contulit, quorum primus No. 2787. idem est, quem a Brunckio collatum Reg. B. vocavimus; nec id ignoravisse videtur Faehsius, qui in Sylloge p. 68—77. nihil fere ex eo nisi varias lectiones ad marginem libri adscriptas attulit. Quas quum omiserit Brunck., Faehsianam libri collationem Reg. O. vocavimus. Præterea Faehsius usurpavit cod. No. 2782., quem eundem esse cum Vauvilliersii Reg. E. et numerus ostendit, et ex eo perspicitur, quod variæ lectiones, quas ad Prometheum ex eo attulit Faehsius, vel in minutissimis librarii erroribus cum Vauvilliersii collatione consentiunt. Dissentiunt quidem in paucis quibusdam, sed ea ejusmodi sunt, ut alteruter facile potuerit errare. Hæc non minus quam ea, quæ a Vauvilliersio omissa notavit Faehsius, in Auctario variæ lectionis congessi. Sed illud scrupulum videtur injicere, quod Vauvilliers. suo libro Prometheum et Septem contra Thebas, Faehsius Prometheum, Eumenidas, et Supplices contineri dicit. Sed in hac re errorem a Faehsio commissum esse perspicuum est. Quas enim, ut ex hoc codice, ad Eumenidas et Supplices varias lectiones enotavit Faehsius, eæ ad amussim respondent iis, quas ex Reg. L. depromsit

Askevius; quid quod Suppl. v. 740., qui versus in solo Reg. L. legitur, eadem verba ex hoc libro affert Faehsius. Jam quum Faehsius hunc ipsum codicem Reg. L. revera usurpaverit, quod mox demonstrabitur, certissimum videtur, errasse Faehsium, quum varias lectiones in Eum. et Suppl., quas ex No. 2886. hauserat, ex No. 2782. haustas esse testaretur. Tertius enim, quo Faehsius usus est, codex insignitus est numero 2886., eoque Septem adversus Thebas et Persas contineri dicit. Hic vero in omnibus fere, vel in apertis scribæ erroribus, Regio L. respondet, ideoque huc pertinere lectiones varias in Eum. et Suppl. a Faehsio collatas censeo. Faehsii collationem, quum nonnulla exhibeat, ab Askevio omissa, Reg. P. vocavi.

Postremo his adnumerandi sunt codices duo, quos olim in bibliotheca Colbertina sub num. 4016. et 6448. asservatos usurpavit Askevius. Iidem quum postea in bibliothecam Regiam translati essent, iterum aliis nominibus ab aliis collati sunt. Et Buttlerus quidem Colb. 1. eundem esse cum Brunckii Reg. B., Colb. 2. cum Reg. A. judicat. Blomfieldius autem ab Elmsleio de ea re certior factus, Colb. 1. et Reg. N., Colb. 2. et Reg. B. sibi respondere testatur.

De hac re, quum A. et B. ipsi inter se admodum similes sint, judicium ferre non potest, nisi qui ipse libros illos oculis suis usurpavit; id quidem certum videtur, Regium N. potius apographum Colbertini 1., quam eundem codicem esse, quum in Reg. N. lacuna sit in Prom. v. 898—934., quæ in Colb. 1. non comparet.

His subjicienda sunt nonnulla de iis codicibus, quorum lectiones in hoc altero volumine accesserunt. Et primum quidem Farnesiani codicis non iis tantum lectionibus usus sum, quas Elmsleius ex eo excerpsit in Museo critico, sed ad integram Agamemnonem eas suppeditavit Blomfield., ad Eumenidas Burgess. Præterea ad Agamemnonem Blomfield. collationem habuit codicis, qui in bibliotheca Florentina Plut. xxxi. 8. asservatur, quemque cum eo Flor. vocavi, et codicis Veneti, a Morellio confectam. Ad Persas idem Lambethanum codicem contulit, ex quo tamen paucas tantum lectiones excerpsit. Præterea addidi codicis Taurinensis No. 253. lectiones in Septem c. Thebas, ex Peyronii *Notitia librorum, qui donante Calusio illati sunt in Regii Taurinensis Athenæi bibliothecam* p. 60. s. (observandum est, hunc Taurinensem codicem semper fere cum Guelpherbytano

consentire), et lectiones in Promethei initium ad ed. Robort. a Victorio adscriptas, ex duobus codd. desumtas, siquidem codices sunt, quos litteris m. et s. significavit, ex Thiersch. *Act. Philol. Monac.* i. 3. pag. 319. sq. (plurimas harum lectionum Stephanus jam commemoravit, quas omisi), nec non lectiones quasdam codicis Gudiani, quas, id priore editione adnotatas, in novissima omisit Schützius, quo factum est, ut me fugerint. Postremo in *Classical Journal* No. xxxiv. p. 340. sqq. lectiones quædam in Prometheum communicantur, a Robortello collectæ, quas omisi, quum neque novi quidquam contineant, neque certum sit, quæ ex codd. sint petitæ, quæque ab emendatore profectæ.

Restat, ut lectores moneam, me Lexico Æschyleo conficiendo operam navare, quod forsitan aliquando in lucem prodire jubebo, si, quod spero, non ingratum hunc laborem harum rerum æstimatoribus esse intellexero.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΦΥΛΑΞ.
ΧΟΡΟΣ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ ΚΗΡΥΞ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΚΑΣΑΝΔΡΑ.
ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Προλογίζει δὲ ὁ φύλαξ, θεράπων Ἀγαμέμνονος.

Ὀρέστης, Ἠλέκτρα, Τροφός adduntur in Turn, e Choephoris, quæ fabula Agamemnoni adhærebat. Deinde θεράπων Ἀγαμέμνονος ὁ προλογιζόμενος, οὐχὶ ὁ ὑπὸ Αἰγίσθου ταχθεὶς φύλαξ legitur in Ald. Turn.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΗΣ ΤΟΥ

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑΣ

Η ΕΠΙΓΡΑΦΕΤΑΙ

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἀγαμέμνων εἰς Ἴλιον ἀπιὼν, τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι[1] τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο[2] τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ. ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρα, ἵνα τηρήσῃ τὸν πυρσόν. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγειλεν· αὐτὴ δὲ τὸν[3] τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται, περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα· ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνίσταται· οἵτινες ἀκούσαντες παιανίζουσι.[4] μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ταλθύβιος παραγίνεται, καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν διηγεῖται. Ἀγαμέμνων δ' ἐπὶ ἁπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ' αὐτῷ ἑτέρα ἁπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα καὶ ἡ Κασάνδρα. αὐτὸς μὲν οὖν προεισέρχεται εἰς τὸν οἶκον σὺν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ. Κασάνδρα δὲ προμαντεύεται, πρὶν εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν, τὸν ἑαυτῆς καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος θάνατον, καὶ τὴν ἐξ Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ εἰσπηδᾷ ὡς θανουμένη, ῥίψασα τὰ στέμματα. τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται,[5] ὡς ἔκπληξιν ἔχον καὶ οἶκτον ἱκανόν.[6] ἰδίως

1. πορθήσοι Ald. Turn. πορθήσει Vict. et recentiores. πορθήσοι Blomf.
2. ὑπέσχετο omittunt Ald. Rob. Turn., ἴφη post σημαίνειν inserentes.
3. τὸν omittunt Ald. Rob. Turn.
4. παιανιάζουσι Ald. Rob.
5. θαυμαστόν ἐστι Flor.
6. Sic Ald. Rob. Turn. In Vict. et

δὲ Αἰσχύλος τὸν Ἀγαμέμνονα ἐπὶ σκηνῆς[7] ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ· τὸν δὲ Κασάνδρας σιωπήσας θάνατον, νεκρὰν αὐτὴν ὑπέδειξε.[8] πεποίηκέ τε Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν, ἑκάτερον διϊσχυριζόμενον περὶ τῆς ἀναιρέσεως, ἑνὶ κεφαλαίῳ· τὴν μὲν, τῇ ἀναιρέσει Ἰφιγενείας· τὸν δὲ, ταῖς τοῦ πατρὸς Θυέστου[9] ἐξ Ἀτρέως συμφοραῖς.

Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκόστῃ,[10] ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ.[11] ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

recentioribus male legitur ὡς καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανὸν ἐμποιεῖν.

7. ὑπὸ σκηνῆς recte conj. Stanl., nam quod putat Blomf., Agamemnonem ita a Clytæmnestra cæsum esse, ut a Choro quidem non potuerit videri, sed a spectatoribus, non credibile est.

8. ἀπέδειξε Flor.

9. Ὀρέστου Ald. Rob. Αἰγίστου Flor.

10. εἰκοστῇ ὀγδόῃ vulg., quod recte correxit Meurs. in Æschylo, p. 2.

11. πρῶτος σατυρικῷ Flor.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΦΥΛΑΞ.

Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων,
φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος
στέγαις Ἀτρειδῶν ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην,
ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν,
καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι·
ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν·

2. μῆκος δ' ἦν. Med. Guelph. Rob. μῆκος δ' ἦν Ald. μῆκος δ' ἦν var. lect. ap. Schol. μῆκος ἦν Turn. Sed illud δ' patet ab iis profectum esse, qui quum veram lectionem non intelligerent, ita legendum putabant: φρουρᾶς ἐτείας μῆκος δ' ἦν καμώμενος, quod maxime comprobat ed. Turn., in qua primi et tertii versus fine puncto distinguitur. Sed neque recentiores hunc locum melius intellexerunt; quum enim Stanl. et Valck. ad Herod. iv. 150. μῆχος conjecissent, hoc certatim receperunt Glasg. Schütz. Both. Blomf., male. Nam μῆχος otiosa prorsus et inutilis foret vocabuli ἀπαλλαγή epexegesis, quod nulla explicatione eget, μῆκος contra defesso et impatienter exspectanti aptissimum est. Recte igitur vulgata defensores nacta est Pauwium, Voss. cur. Æschyl. p. 13. et Orell. in *Philolog. Beyträge aus der Schweiz*, p. 193. Male autem Pauw. cum Schol. eam ita explicat: τῶν κατὰ τὸ μῆκος τῆς ἐτείας φρουρᾶς, hoc enim græce non ita dici poterat. Sensus est aut: *liberationem ab his laboribus vigiliæ annuæ*, quod voluit Voss. aut: *ab his laboribus, a vigilia sc., quæ longitudine annua est*, quod ipse in Comment. Æsch. p. 3. proposui.

3. ἴγκαθεν Guelph. Ald.

4. νυκτέρων Guelph. Ald. Rob.

5. βροτοῖς θέρος Ven. Flor. Farn. θέρος βροτοὺς Guelph.

7. Hunc versum spurium judicavit Valck. ad Eur. Phœn. 506, quem secuti Glasg. Schütz. et Blomf. eum

καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,
αὐγὴν πυρὸς φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν,
ἀλώσιμόν τε βάξιν· ὧδε γὰρ κρατεῖ
γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ.
εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω
εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην
ἐμὴν, φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παρίσταται,
τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ·
ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,
ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,
κλαίω τότ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων,
οὐχ ὡς τὰ πρόσθ' ἄριστα διαπονουμένου.

uncis incluserunt, Both. omisit. Sed neque tautologiam vel repetitionem otiosam in eo video ullam, nec quidquam probat Achilles Tatius Isagog. in Arati Phæn. p. 81, qui tres versus antecedentes laudans, hunc non addidit; neque in τῶν recte offendit Blomf. (cf. Seidl. ad Eur. Iph. Taur. 764). Summo igitur jure eum tuentur Herm. de. verss. spur. ap. Æschyl. p. iv., Voss. cur. Æsch. p. 14. Humboldt. in versione et Orell. l. c.—ὅτ' ἄν Guelph. Ald. Rob.

10. ἁλώσιμον βάξιν, ut Sept. Th. 617. ἁλώσιμον παῖδα.—κρατεῖν γ. ἀ. ἐλπίζω Ald. Turn. Vict. Glasg., Schütz., quod explicant: *sic enim spero fore, ut mulieris viriliter ferocientem animum vincam*, male, non enim suo consilio hoc instituit custos, sed a Clytæmnestra jussus facit: neque cum sequentibus hoc cohæret. κρατεῖν—ἐλπίζει emendavit Heath. κρατεῖν—ἐλπίζων Both. Sed κρατεῖ—ἐλπίζων Guelph. κρατεῖ—ἐλπίζον Ven. Flor. Farn. Rob. et var. lect. ap. Steph., quod recte tuentur Abresch. Humboldt. Blomf. Orell. Sensus est: *sic enim jubet mulieris animus viriliter ferociens et sperans.* Ad κρατεῖν jubendi significatione adhibitum in Comment. Æsch. p. 5. contuli Eur. Hecub. 282. οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεών.

12. εὖτ' ἄν γε var. lect. in Flor. κοίτην δὲ conjecit Bentl. ταύτην δὲ mavult Blomf., qui obelum apposuit, constructionem imperfectam esse ratus. Sed protasis, quæ ab εὖτ' ἄν incipit, interposita parenthesi continuatur, v. 16. vocabulo ὅταν, et apodosis sequitur v. 18. Quare Blomf. male post ὕπνῳ fortius interpunxit.

13. ἐπισκοπουμένην inutilis est Stanleii et Casauboni emendatio.

14. ἐμοὶ conjecerunt Stanl. et Bentl. virgula post ἐπισκοπουμένην posita, idque probavit Schütz. et recepit Blomf., sed causam non video.—In ὕπνος sæpius repetito offenderunt Schütz. et Both., sed hoc ex more Æschyli esse, jam sæpius monitum est.

16. ὅτ' ἄν Guelph. Ald. Rob.—De δὲ post parenthesin repetito v. Herm. ad Soph. El. 776.—Sensus est: *quum canendum mihi esse puto*, quod non intellexerunt editores; hanc enim δοκῶ interdum habet præcepti et voluntatis significationem, ut infra v. 1634. δοκεῖς τάδ' ἔρδειν. Soph. Antig. 1089. καί ταῦτ' ἐπαινεῖς καὶ δοκεῖς παρεικάθειν; Eur. Med. 1275. ἀρῆξαι φόνου δοκεῖ μοι τέκνοις. Xenoph. Anab. i. 7. 4. αἰσχύνεσθαί μοι δοκῶ. Similiter νομίζω Xenoph. Œcon. xvii. 9. 11.

17. ὕπνον Ald.—ἐντέμνων Ven. Flor. —De significatione vocabuli ἀντίμολπον v. Reisig. comment. crit. ad Soph. Œd. Col. 709.

νῦν δ' εὐτυχὴς γένοιτ' ἀπαλλαγὴ πόνων
εὐαγγέλου φανέντος ὀρφναίου πυρός.
ὦ χαῖρε λαμπτὴρ νυκτὸς, ἡμερήσιον
φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
πολλῶν ἐν Ἄργει, τῆσδε συμφορᾶς χάριν.
Ἰοὺ ἰού.
Ἀγαμέμνονος γυναικὶ σημαίνω τορῶς,
εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος, δόμοις
ὁλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῆδε λαμπάδι
ἐπορθιάζειν, εἴπερ Ἰλίου πόλις
ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει
αὐτός τ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι.
τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι,
τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας.
γένοιτο δ' οὖν μολόντος εὐφιλῆ χέρα
ἄνακτος οἴκων τῆδε βαστάσαι χερί.

22. In Ald. et Turn. post λαμπτὴρ interpungitur, virgula post νυκτὸς sublata, quam interpunctionem defendi posse, monstravi in Comment. Æsch. p. 16. Confirmare eam videtur Schol., qui explicat: ἐκ νυκτὸς ἡμέραν ἡμῖν διδούς· Pers. 301. λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου. Agamemn. 508. φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων.

23. νῦν φῶς Ven. Flor. Farn.—χορῶν Guelph. Ald.

25. Exclamationem ante v. 22, transponi jubet Herm. ad versionem Humboldt., improbante Blomf., neque ego, quamvis speciosa est illa ratio, a libris discedere ausus sum, quum neque hoc loco inepta sit exclamatio, reputante custode, quanto gaudio Clytæmnestram hic nuntius affecturus sit. Fortasse arctius etiam cum versu sequente jungenda est, ut hac ipsa exclamatione expergefacere Clytæmnestram velit, ad quod deinde σημαίνω refertur.—Hujus loci oblitus esse videtur Reisig. ad Soph. Œd. Col. 1485., quum hanc exclamationem lætitiæ nuntiam comœdiæ propriam esse, non tragœdiæ, diceret. Rectius idem observavit, non ἰού, ἰού scribendum esse, ut nostro loco recentiores omnes dederunt, sed ἰοὺ ἰού, quod ipse Aristoph. Nub. 1. dedit, et nostro loco edd. antiquæ exhibent.

26. Ἀγαμέμνος Ald.—σημανῶ vulg., sed σημαίνω Med. Guelph. Ald. Rob. Turn., quod recte revocavit Both. et Blomf.

27. εὐνὴν Guelph. Ald.

28. ὁλογυμὸν εὐφημοῦντα Ald.

29. ἐπορθριάζειν Guelph. Ald. ἐπ' ὀρθριάζειν Rob.

30. ἀγγίλων Ph. Flor. Ald.

32. *Collapsam dominorum fortunam restituam* Schütz. εὖ θήσομαι jungens; male, repugnat enim ordo verborum; εὖ πεσόντα jungendum est, quod bene explicat Voss. cur. Æschyl. p. 15.—εὖ πεσὸν καθήσομαι Suid. s. v. τρὶς ἓξ.

33. βαλοῦσα Suid. l. l.—τῆς δὲ μοι φρυκτωρίας Ald.—τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας Phot. et Suid. l. c.

34. De particulis δ' οὖν vid. Reisig. ad Soph Œd. Col. p. clxxv.

τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν· οἶκος δ' αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι,
σαφέστατ' ἂν λέξειεν. ὡς ἑκὼν ἐγὼ
μαθοῦσιν αὐδῶ, κοὐ μαθοῦσι λήθομαι.

ΧΟΡΟΣ.

Δέκατον μὲν ἔτος τόδ' ἐπεὶ Πριάμου
μέγας ἀντίδικος,
Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων,
διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
τιμῆς, ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδῶν,
στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν
τῆσδ' ἀπὸ χώρας
ᾖραν, στρατιῶτιν ἀρωγὰν,
μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη,
τρόπον αἰγυπιῶν, οἵτ', ἐκπατίοις
ἄλγεσι παίδων, ὕπατοι λεχέων
στροφοδινοῦνται,
πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,

37. De βέβηκεν præsentis significatione v. Erfurdt. ad Soph. Trach. 40.—φθόγγον Schütz. nihil monens et sine libris; cf. Eur. Hippol. 418. τέρεμνά τ' οἴκων μήποτε φθογγὴν ἀφῇ. De voce domibus et parietibus tributa, præter ea, quæ Abresch. e græcis scriptoribus congessit, cf. Spalding de or. Marcell. in Mus. antiq. stud. i. p. 29. sqq.

38. λέξει'. ὡς Flor.

39. καὶ οὐ Guelph. Ald.

40. ἐπὶ Ald. Turn. Farn. ἐπεὶ est *ex quo* v. Seidl. ad Eur. Iph. T. 247.—Πριάμῳ Guelph. Ald. Rob. Turn., quod ut elegantius fere præferendum duco.

44. Ἀτρειδᾶν Guelph. Farn. Rob. Vict. Glasg. Schütz. Ἀτρειδῶν Ald. Turn., quod recepit Blomf., quia Dorismos omnino ex anapæstis ejiciendos putavit, ego autem, quia in formis ad dialecti diversitatem pertinentibus Aldinum exemplar fere secutus sum.

45. Ἀρδείων Rob.—Ἴλιον αὐτὰν var. lect. in Flor. et apud Schol. χιλιοναύτην Blomf. σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ, quod legitur Iph. Taur. 139., hinc forsitan sumsit Euripides.

47. στρατιώτην Ald. Rob.—ἀρωγήν Blomf.

48. κλάγξαντες Flor. Farn. var. lect. ap. Steph.

49. ἐκ πάγλοις suspicatur Blomf. male, nam nisi ἐκπατίοις additur, quam ob causam dolorem conceperint non intelligitur.

50. ἄλγεπι ποδῶν Ald. ἄλγεσσι ποδῶν Turn. ἄλγεσσι παίδων Vict. Stanl., rell. recte ἄλγεσι παίδων, nam ἄλγεσσι ex corrupto ποδῶν metri causa natum est.—ὕπαλτοι Ald.

52. ἐρεστόμενοι Ald.

δεμνιοτήρη
πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες·
ὕπατος δ' ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων,
ἢ Πὰν, ἢ Ζεὺς, οἰωνόθροον
γόον ὀξυβόαν
τῶνδε μετοίκων, ὑστερόποινον
πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν.
οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ πρείσσων
ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
Ζεὺς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς,
πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ,
γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου,
διακναιομένης τ' ἐν προτελείοις
κάμακος, θήσων Δαναοῖσιν
Τρωσί θ' ὁμοίως. ἔστι δ' ὅπη νῦν
ἔστη· τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον·
οὔθ' ὑποκλαίων, οὔθ' ὑπολείβων,
οὔτε δακρύων, ἀπύρων ἱερῶν

53. δεμνιοτῆρι Ald.
54. γόνον conjecit Musgr., non improbante Blomf., sed hoc multo minus poeticum foret.
55. δαΐων Ald.—τις Ἀπόλλων, ut v. 1206. Σκύλλαν τινά.
58. Vulgo post μετοίκων virgula interpungitur, quam sensu postulante et auctore Pauwio Schütz. Both. Blomf. recte post ὀξυβόαν transposuerunt. μέτοικοι sunt pulli, qui nidis expulsi alias sedes habent, v. Reisig. ad Soph. Œd. Col. p. CXXV.
59. παρὰ βᾶσιν Ald.—Ἐρινύν Ald. Blomf., ut semper.
60. Ἄτρεος Turn.
63. τοι pro καὶ Both. ignorans græcismum notissimum, de quo ad Sept. Theb. 321. sermo fuit.—γυιοβαρῆ Turn.
64. ἐρειστομένου Farn. cum glossa στιπτοντος; idem, sed suprascr. vulg. Flor.
65. πρωτελείοις. Flor.
66. Δαναοῖσιν Guelph. Ald. Rob., quod pro vulg. Δαναοῖσι recepi. De sententia parœmiaco non finita v. Herm. El. metr. p. 379. ad Eur. Hecub. 69.
67. ἐπὶ δ' ὅπη νῦν. ἐπὶ στιλεῖται δ' ἐστὶ πεπρωμένον Ald. De dictione ἔστιν ὅπη ἔστι v. Herm. ad Vig. p. 709. Schæf. ad Soph. Œd. Col. 273. Abresch. ad h. l. et Blomf. in glossario.
69. ὑποκλίων Guelph. ὑποκλίων Ald. ὑποκλείων Turn., quod recepit Schütz. ὑποκαίων conjecit Casaub. ὑποκλάζων Pw. ἐπικλείων Both. Sed vulgata, quæ cum δακρύων bene jungi potest, cur non toleranda sit non video.—ἐπιλείβων Schütz. tacite et sine causa.
70. δακεύων Ald. δοκεύων Turn.—In vocabulis ἀπύρων ἱερῶν explicandis sudarunt interpretes, et seducti ab scholiasta, qui de sacrificiis Furiis sine igne offerri solitis (quod ne verum quidem esse in glossario demonstravit Blomf.) sermonem esse dicit, ὀργὰς ἀπύρων ἱερῶν putaverunt significare *iram Dearum, quibus sine igne immolatur*. Sed nihil aliud est nisi *ira ob desideratam sacrificiorum flam-*

ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.
ἡμεῖς δ' ἀτίται σαρκὶ παλαιᾷ
τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
μίμνομεν, ἰσχὺν
ἰσόπ αἰδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.
ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
ἐντὸς ἀνάσσων
ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ,
τὸ θ' ὑπέργηρων φυλλάδος ἤδη
καταπαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς
στείχει, παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων,
ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.
σὺ δέ, Τυνδάρεω
θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα,

mam, quem sensum etiam Humboldt. in versione recte expressit. Hoc igitur Chorus dicere vult, qui semel Deos læserit, eum nunquam iram eorum effugere posse, ideoque se, quamquam qui nunc sit rerum Trojanarum status nesciat, illud tamen certum habere, Trojam aliquando deletum iri.

72. ἀτίτᾳ Rob. Vict. Stanl. Glasg. Blomf. sine sensu, sed ἀτισαῖ Guelph. ἀτισαὶ Farn. ἀτίται Flor. Ald. Turn., quod recepit Schütz., sed male explicavit *illæsi*. Significat *inhonorati*, ut Eumen. 257. ὁ ματροφόνος ἀτίτας et jungendum est cum genitivis τῆς τότ' ἀρωγῆς, qui consulto medii sunt positi inter ἀτίται et ὑπολειφθέντες.

73. ἀρωγῆς Ald.

75. ἰσόπαιδα Rob. Flor.

76. ὅτι libri omnes, quod correxit Stanleius.

77. ἀνάσσων vulg. ἀνάσσων Schütz. ex emendatione Hermanni ad Aristoph. Nub. 994., repetita ad versionem Humboldtianam, quæ ut facilis est, ita unice vera videtur, infantium enim medulla nondum ἀνάσσει, sed ἀνάσσει.—ἀναίσσων Blomf.

78. ἴνι γ' ἄρᾳ ex Heynii emendatione Herm. l. c. non improbante Schützio. Sed vulgata significat: *suo loco non inest*, et recte Blomf. conferri jubet Ernest. ad Callim. H. Del. 192. et Valck. ad Theocr. Adon. p. 365. A.

79. τὸθ' ὑπεργήρως Med. τὸθ' ὑπεργήρεως Guelph. τὸθι πρὲ γήρως Ald. τὸθι πρὲ γήρος Rob. τόθη πρὲ γήρως Turn. τόθι πρὲ γήρως Flor. τόθ' ὑπεργήρων Farn. τόθ' ὑπέργηρων Vict. τό θ' ὑπέργηρων Stanlei. et rell. Sed mirum tamen, omnes fere libros meliores in terminatione ως consentire, quare, nisi omnes etiam τι vel το haberent, suspicarer ὅ θ' ὑπέργηρως, quod sequente ἀρείων confirmari videtur. —φυλλάδος Ald.

80. τρίποδος Flor. Farn.—Ad hanc dictionem cf. Seidl. ad Eur. Troad. 288.

81. ἀρείσσων Aldin. ἄρειων Schütz., qui ἀρῄων metri causa suspicatur, quod recepit Both. Sed quamquam neutrum ὑπέργηρων præcessit, tamen ἀρείων ex constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον recte stare posse, jam Blomf. vidit; construendum est enim cum nominativo γίγνων, qui ex præcedentibus cogitatione repetendus est.

82. ἡμερόφαντον Med. Guelph. Ald. Rob.

τί χρέος; τί νέον; τί δ' ἐπαισθομένη,
τίνος ἀγγελίας
πειθοῖ περίπεμπτα θυοσκινεῖς;
πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων,
ὑπάτων, χθονίων,
τῶν τ' οὐρανίων, τῶν τ' ἀγοραίων,
βωμοὶ δώροισι φλέγονται·
ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
λαμπὰς ἀνίσχει,
φαρμασσομένη χρίσματος ἁγνοῦ
μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις,
πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ.
τούτων λέξασ' ὅ, τι και δυνατὸν
καὶ θέμις αἰνεῖν,

85. Interrogationis signa post χρέος et νέον tolli vult Wunderl. obss. critt. Add. ad pag. 144., male.

87. πυθοῖ Flor. unde πευθοῖ suspicatur Blomf., quod vulgatæ tamen recte non præfert.—θυοσκεῖς Turn., quod Bentlei. probavit et Blomf. recepit, sine causa. θυοσκοεῖς var. lect. in Farn. cum schol. ὡς ἀπὸ τοῦ θυοσκόος ὁ διὰ θυσιῶν τὸ μέλλον κοῶν ἤτοι νοῶν. θύος γὰρ τὸ θῦμα.

90. Hunc versum spurium et præcedentis glossema putant Pauw. et Heath., quos secuti Glasg. et Schütz. eum uncis incluserunt, Both. omisit. Sed versum minime abundare, neque eadem continere, quæ versu præcedente dicta sunt, intellexerunt Herm. de verss. spur. p. ix. Humboldt. in versione, Orell. p. 194. et Blomf. Dei enim ἀστύνομοι aut superi sunt aut inferi, aut cœlestes aut forenses. Neque omnino abhorrent tragici ab ea verbositate, quæ in his conspicua est. Sic Sept. Th. 253. τοῖς πολισσούχοις θεοῖς, πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις. Suppl. 977. θῆρες καί βροτοὶ, και κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ. Soph. Antig. 844. οὔτε βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν. Œd. Col. 750. Eur. Hippolyt. 1272.

91. δώροις Guelph. Flor. Ald. Rob.

94. χρίματος Med. Rob. χρήματος Ald.

95. Blomfield. se intelligere negat, quid sint unguenti ἄδολοι παρηγόριαι, ideoque hunc versum aut post v. 93. vel post v. 98. ponendum suspicatur. Sed satis bene hoc explicat Schütz.: *olei casti mollibus sincerisque fomentis*, et Humboldt.: *von des heiligen Oels süssschmeichelndem Duft.*

96. μηχόθεν Rob.

97. λέξ' ὅτι. καὶ Ald. λέξ' ὅτι καί σοι Turn. λέξον θ' ὅ τι σοὶ Blomf. propter sequens τι; id tamen sæpius post participium ab Æschylo infertur, ut Choeph. 851. πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ δαίων, ἀρχάς τε πολισσονόμους ἕξει. ibid. 550. ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταυτῷ βρόχῳ θανόντες, nam quod Blomf. ibi constructionem hujusmodi esse ὡς ληφθῶσιν δόλῳ τε καὶ ταυτῷ βρόχῳ, id falsum esse et ordo verborum arguit, et sequens θανόντες, quod ille dolose omisit. Conf. Herm. ad Aristoph. Nub. 180. et ad Viger. 772.

98. εἰπεῖν pro αἰνεῖν Farn. Vict.

παίων τε γενοῦ τῆςδε μερίμνης,
ἢ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει,
τοτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνουσ'
ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον
τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην.

100. *νῦν ἴσθ' ὅτι μὲν κακόφρων* Guelph. *νῦν εἶθ' ὅτι κακόφρων* Ald. (in Turn. vulgata est, falso ex ea *ἴσθ' ὅτι τοτὲ μὲν* laudat Buttler.) hinc jam in Comment. Æsch. p. 25. suspicatus eram, aliam latere lectionem *ἢ νῦν ἴσθ' ὅτι κακόφρων τελίθει*, quam tamen vulgatæ præferre non ausim, nisi aliæ accesserint auctoritates.

101. *ἀγανὰ φαίνεις* Med. Guelph. Turn. *ἄγαν ἀφαίνεις* Ald. *ἀγανὰ φανεῖσ'* Rob. *ἀγανὰ φαίνουσ'* Farn. Vict. Stanl. Glasg. Schütz., quod ita explicarunt, ut *ἀγανὰ* cum *ἐλπὶς* construerent, *φαίνουσα* autem intransitive dictum putarent, hoc sensu: *fausta spes ex sacris elucescens*. Quod quum fieri non posse recte putarent Both. et Blomf., ille *ἀγαὶ' ἀμφαίνουσ'* reposuit, hic ex Buttleri emendatione *ἀγανὰ σαίνουσ'* dedit. Sed vulgatam tuetur etiam Wunderlich. obss. critt. p. 100., qui tamen verbi *φαίνειν* usum ita explicat, ut supplendum sit *φαίνουσα ἀγανὰ οὖσα*, in quo verum vidit Wunderlichius, quamquam refragante Seidlero ad Eur. Electr. 1231., sed probavit illius sententiam Herm. ad Soph. Antig. 467. Nam quemadmodum pro *φαίνω ἰμὶ ποιοῦντα* dicendum est *φαίνω ποιῶν* (ut *οἶσθα δούς* Soph. Œd. R. 1135.) ita non *φαίνω ἰμὶ ἀγαθὸν ὄντα* dicitur, sed *φαίνω ἀγαθὸς ὤν*, et omisso participio verbi *εἰμί* (ut *εὔσημον γὰρ οὔ με λανθάνει* Æschyl. Suppl. 695.) *φαίνω ἀγαθός*; hinc sensu intransitivo positum videtur, quamquam non est. Sic adjecto participio *φαίνω* et similia dicuntur Soph. Antig. 20. *δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος*. ibid. 242. *δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον*. Electr. 1350. *πῶς οὕτω κάλαις ξυνὼν μ' ἔληθες, οὐδ' ἔφαινες*; Aj. 466. *δηλώσω πατρὶ, μή τοι φύσιν γ' ἄσκλαγχνος ἐκ κείνου γιγώς*. ibid. 865. *ὡ 'γὼ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς*. Omisso autem participio verbi *εἰμί*, ut nostro loco Eur. Electr. 1230. *ἀλλ' οἶδε δόμων ὑπὲρ ἀκροτάτων φαίνουσί τινες δαίμονες*. Soph. Antig. 467. *δηλοῖ τὸ γίννημ' ἀμὸν ἐξ ἀμοῦ πατρός*. In hunc numerum Wunderl. non referre debebat nostri Prometh. 111. *διδάσκαλος τέχνης πάσης βροτοῖς πέφηνε*, et Eur. Bacch. 184. *Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός*, nam *πέφηνα*, ut solent ejusmodi perfecta, revera intransitivam vim habet, ut Sophocl. Œd. Col. 319. 1219. ed. Reis. El. 636. ed. Herm. Eur. Iph. Aul. 973. Troad. 615. Jon. 978.

102. *ἄπλιστον* Med. (teste Blomf.) Guelph. Ald. Rob., unde Blomfield. suspicatur poëtam scripsisse *φροντίδα πλείστην*.

103. *τὴν θυμόβορον λύπης φρένα* Med. Phil. Guelph. Ald. Rob. *τὴν θυμοβόρον λυπόφρενα* Farn. *τὴν θυμοβόρον φρένα λύπης* Turn. *τὴν θυμοβόρον λύπης φρένα* Vict. Cant. Stanl. *τὴν θυμοβόρον φρενὶ λύπην* ex emendatione Pauwii Glasg. probante Buttlero. *τῆς θυμοβόρου φρενὶ λύπης* Herm. ad Aristoph. Nub. 180. *τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην* ex Heathii emendatione Schütz. et Blomf. *τὴν θυμόβορον λυπόχροιον* Both. *τῆς θυμοβόρου φρένα λύπης* Herm. ad versionem Humboldt. *τῆς θυμοβόρου φρενολύπης* vir doctus in Annal. Heidelberg. pag. 1219. Mihi quidem, variis librorum lectionibus inter se comparatis, certissimum videtur, latere vocabulum aliquod novo modo compositum, quod corruptas illas lectiones pepererit. Vero simillimum igitur videtur, legendum esse *τὴν θυμοβόρον φρενολύπην*, interim recepi eam lectionem, quæ a libris minus quam reliquæ discedit, et sensum satis commodum præbet.

κύριός εἰμι θροεῖν ὄδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν

στρ.

ἐκτελέων. ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
πειθὼ μολπᾶν,
ἀλκὰν σύμφυτος αἰὼν,
ὅπως Ἀχαιῶν
δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
ξύμφρονα ταγὰν,
πέμπει σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,
οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νε-
ῶν ὁ κελαινὸς, ὁ, τ' ἐξόπιν ἀργίας

104. In Aristoph. Ran. 1276., ubi Æschylus hunc versum recitat., ὅσιον pro ὄδιον legitur, quam lectionem Asclepiadi deberi, tradit Schol. ad eum locum.

105. ἐντιλίων ex emendatione Stanleii, Casauboni et Heathii dederunt Schütz. Both. Blomf. probante Orell. p. 195., sed mutationis necessitatem non video; probum enim sensum præbet librorum omnium lectio ἐκτελίων, *virorum excellentium.* — καταπναίει Guelph. καταπνεύει Fl. Farn. καταπνέει Rob. Turn. Vict. Glasg.

107. Vulgata editoribus sensu carere visa est, quare Heath. conjecit ἀλκὰν σύμφυτον, ἀΐων, Schütz. dedit ἀλκᾷ ξύμφυτος αἰὼν· Both. ἀλκὰν ξύμφυτον αἰὼν. Blomf. πειθῶ μολπᾶν, ἀλκὰν ξύμφυτον, αἰών· Sed vulgatam recte explicasse videtur Voss. cur. crit. p. 15. sq.: *quamvis senex sim, adhuc tamen divinitus immissa cantum inspirat fiducia; adhuc ætas vires (ad canendum) subministrat.*

109. ἥβαν libri omnes et schol., item lect. vulg. in Aristoph. Ran. 1311., ad quem locum schol. ἀκμήν legisse videtur, sed ἥβας ex emendatione Stanleii et Casauboni Glasg. Schütz. Blomf. idque sensu postulante recepi, quia idem præbent Aristophanis codd. Rav. et Borg. duoque Brunckii, in quorum altero glossa ἀκμῆς adjecta est. Both. ἀκμᾶς dedit, Blomf. ἀκμήν veram lectionem putat, uterque male.—Ἑλλάδος est adjectivum, v. interpp. ad Greg. Cor. p. 108. ed. Schæf.

110. τὰν γᾶν Med. Ald. Rob. τὰν γὰν Guelph. ταγᾶν Turn. ταγὰν Farn. Flor. Vict. Stanl. Glasg. Schütz. Both. ταγὸν Blomf., quia ταγὰν primam corripere putat; sed ταγὸν ferri non potest ad δίθρονον κράτος relatum, neque intelligi potest, cur Æschylus, qui ταγός prima longa usurpavit, non eodem modo ταγή dicere potuerit, nihil enim probant, quæ affert Blomfield., Aristoph. Lys. 105. Æschyl. Eum. 296.

111. πέμπει Rob. Vict.—ξὺν Vict. et recentiores omnes, sed σὺν Guelph. Ald. Rob. Turn. et Aristoph. l. l., quare hoc recepi.—δορὶ δίκας πράκτορι Guelph. Farn. Turn. Vict. δορὶ δίκας πλάκτορι Ald., sed δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι Aristoph. Ran. 1316., quod recte receperunt Glasg. Schütz. Both. Blomf. δίκας, quod metro adversatur, ex glossa irrepsisse ostendit schol. explicatio τῷ δίκην εἰσπραξομένῳ.

113. νέων Ald.

114. ἀργίας Guelph. Ald. ἀργίας rell. omnes.—Schütz., cui metrum hujus versus laborare videbatur, antistrophico quoque mutato tacite dedit ὅ τι τοὐξόπιν ἀργός, sed nihil mutandum est, ἀργίας enim per synizesin bisyllabum est, cf. Commentar. Æschyl. p. 26

φανέντες ἴκταρ
μελάθρων, χερὸς ἐκ δορυπάλτου,
παμπρέπτοις ἐν ἕδραισιν,
βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν,
βλαβέντα λοισθίων δρόμων.
αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοὺς ἀντ.
Ἀτρεΐδας μαχίμους, ἐδάη λαγοδαίτας
πομπούς τ' ἀρχάς·
οὕτω δ' εἶπε τεράζων·

sqq. De qua re male dubitans Blomf. ἀργᾶς scripsit, quod nihil est.

115. οἳ φανέντες Flor.

116. δοριπάλτου Turn. Vict. et recentiores, sed δορυπάλκτου Guelph. δορυπάλκτον Ald. δορυπάλτου Med. Flor. Farn. Rob., quod recte prætulit Blomf. —χερὸς ἐκ δορυπάλτου est *parte dextra*.

117. παμπρέποις vulg. παμπρέποισιν Flor. παμπρέπτεσιν Farn. παμπρέπτοις ex emendatione Abreschii Glasg. Schütz. Both. Blomf. omnino recte, postulante metro.—ἕδραις Farn. ἕδραισιν Guelph. Ald. Rob., quod pro vulg. ἕδραισι recepi.

118. βοσκομένην Farn.—ἐρ' ἰκύματα Ald. ἐρικύματα Med. Phil. Guelph. Rob. Turn. ἐρικύμονα Farn. Vict. ex emendatione, ut videtur, Triclinii et Stephani, sed vera et a schol. confirmata, quare recentiores recte receperunt; falsa enim terminatio vocis ἐρικύματα ex sequente φέρματα natum videtur.—φέρβοντο Farn. Vict. ex emendatione, ut videtur, pro φέρβατι, quod teste Buttlero ex confusione litterarum β et μ in Med. legitur; sed secundum Blomf. Med. et Phil. exhibent φέρματα, veram autem lectionem φέρματι habent Guelph. Ald. Rob. Turn.

119. βλαβέντα ex constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον, quod jam vidit Schol., refertur ad λαγίναν γένναν, quasi præcessisset λαγωὸν, cf. Seidl. ad Eur. Iph. T. 1072.

120. αἴλινον semel Flor.—τόδ' εὐνικάτω Ald.

121. δύω Ald. Rob.—λήμμασι Flor. — πιστοὺς emendat Lobeck. ad Soph. Aj. 151., probante Schütz., sed ita loci sensus pervertitur, δισσοὺς enim est *dissentientes*; cf. Herm. ad Soph. Electr. 635., quare non melius fecit Blomf., qui Canteri emendationem δισσοῖς in textum recepit.

122. Ἀτρεΐδας auctore Monkio Blomf. recte pro vulgat. Ἀτρείδας, ad amussim enim hic versus strophico respondet; sic Τηρεΐας Suppl. 58. cf Elmsl. ad Eur. Med. 806.—Blomfield. male comma ante μαχίμους posuit.—λογοδαίτας Med. Phil. Ald. Rob. Turn. λαγαδαίτας Farn. Vict.

123. ἀρχὰς Med. Guelph. Ald. Rob. Turn. ἀρχοὺς Farn. Vict. quod male recepit Glasg. ἀρχὰς de Atridis dictum est, ut v. 110. ταγὰν et Eur. Phœn. 987. λέξει γὰρ ἀρχαῖς καὶ στρατηλάταις τάδε. Sensus autem est: *quum Atridas dissentientes videret, agnovit leporis epulatores et expeditionis duces* i. e. *intellexit, hos illis significari*. Quod quum non intelligeret Schütz., male emendavit: πομποῖς δ' ἀρχοῖς οὕτως εἶπε.

124. οὕτω δ' οὖν εἶπε Flor. Schützii prava emendatio ad versum præcedentem allata est.

χρόνῳ μὲν ἀγρεῖ
Πριάμου πόλιν ἄδε κέλευθος,
πάντα δὲ πύργων
κτήνη πρόσθε τὰ δημιοπληθῆ
μοῖρ' ἀλαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.
οἷον μήτις ἄγα θεόθεν πνεφά-
σῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας
στρατωθέν. Οἴκῳ
γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἀγνὰ,
πτανοῖσιν κυσὶ πατρὸς,

125. *αἰρεῖ* emend. Elmsl. ad Eur. Med. 888., quem sequitur Blomf., sed quamquam exempla ab eo allata *αἰρεῖ* etiam dici potuisse ostendunt, non tamen *ἀγρεῖ*, in quo libri omnes consentiunt, non potuisse dici convincunt. De præsente pro futuro posito vid. quæ ad Choeph. 543. monebuntur.

128. *πρόσθιτα* Pauw. Heath. male. —*δημιοπληθῆ* Ald.

129. *μοῖρα λαπάξει* Farn., idque ex emendatione proposuit Elmsl. ad Eur. Med. 888. et recepit Blomf., sed quamquam *λαπάζειν* noster usurpavit Sept. Th. 47. et 513., hoc tamen loco homericam formam consulto prætulisse videtur.

130. *δίον* Ald. Rob. Vict. *δῖον* Farn. Turn. Schol., quod quamquam alibi hac significatione (*μόνον, tantum*) non legitur, recte tamen receperunt Glasg. et Schütz., sensus enim postulat.—*ἄτα*, quod in libris omnibus legitur (*ἄτα* Ald.) repugnante metro retinuerunt Glasg. et Schütz. *ἄτα* emendavit Burneius probante Elmsleio ad Eur. Med. 240., sed sensui multo aptius et librorum lectioni similius est *ἄγα*, quod Hermannus proposuit ad calcem versionis Humboldt. et in Elem. metr. p. 704., idque cum Blomf. recepi.

131. *πνιφάσιι* Farn. — *προτυπὶς* Guelph. Ald. Turn. *προτυφθὶν* Farn. *προστυπῖσα* dedit Schütz., quod ad *ἄτα* referatur et significet calamitatem erumpentem. Sed *προτυπὶν στόμιον μέγα Τροίας* est: Græcorum exercitus ejusque duces (servitutis frenum Trojæ imposituri), *qui jam antea violati sunt*, i. e. qui jam ante discessum Deorum invidiam sibi contraxerunt, peccato ab Agamemnone in Dianam commisso, quod tamen nusquam disertis verbis exprimitur, sed sub imagine leporis ab aquilis lacerati latet.

132. *στρατωθὶν* Med. Phil. Guelph. Flor. Farn. Ald. Rob. *στρατιωθὶν* Turn. Vict. et recentiores, sed recte illam plurimorum et optimorum librorum lectionem revocavit Blomfield., nam *στρατιωθὶν* nihil prorsus est, et passiva vox non esse potest, nisi verbi activi *στρατόω*. —*οἴκῳ* ex conjectura dedit Schütz., quod recepit Both., *οἴκοι* legere videtur Humboldt., qui vertit: *Heim den gefüllgelten Hunden des Vaters bleibt Groll Artemis tragend.* Sed nulla mutatione opus videtur, si locus ita explicatur: *domui enim et genti Agamemnonis infesta est Diana propter alatos patris canes*, i. e. propter scelus ab Agamemnone commissum. Dativum causæ significandæ sæpe inservire demonstrarunt Markl. ad Eur. Suppl. 304. Brunck. ad Soph. Antig. 1219. Heind. ad Plat. Gorg. p. 146.—*ἴσι, φόνος* Ald.

134. *πτανοῖς* Flor. Farn. *πτανοῖσι* Ald. Rob. Turn. Vict. Schütz. invito metro. *πτανοῖσιν* Med.—*κυσὶν* Med. Rob.

αὐτότοκον πρὸ λόχου μογερὰν πτάκα θυομένοισιν·
στυγεῖ δὲ δεῖπνον αἰετῶν.
αἴλινον, αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
τόσσον περ εὔφρων ἁ καλὰ ἐπῳδ.
δρόσοισι λεπτοῖς μαλερῶν λεόντων,
πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις
θηρῶν ὀβρικάλοισι, τερπνὰ
τούτων αἰτεῖ ξύμβολα κρᾶναι,

135. πτάων καθυομένοισιν Ald. πτῶκα θυομένοισιν Farn. Turn. Vict. πτᾶκα θυομένοισιν Rob., unde recte πτάκα Glasg. et rell.

136. ἀιετῶν Glasg. Blomf. sine libris.

137. αἴλινον semel Flor.—τόδ' ἰὴ νικάτω Ald.

138. τόσσων Guelph. Ald. Rob. τόσσον Med. Turn. Vict. τόσσον Flor. Farn. et sic Schütz. Blomf. δὸς, ὅπερ emendavit *Feder. comment. in Agam. carmen epodicum primum* p. 23., sed librorum lectionem τόσσον revocare non dubitavi, quum τόσσον legatur Soph. Aj. 184., ὅσσον Eur. Suppl. 59. ὅσσα Eur. Troad. 785. Soph. Philoct. 508. neque μίσσος et ἴσσομαι tragicis denegaverim, cf. Erfurdt. ad Soph. Antig. 1208. ed. min. Meinek. quæst. Menandr. p. 31. Sensus autem est: *Diana, quamquam tantopere* (ut versibus præcedentibus dictum erat) *ferarum fœtibus favet, tamen faustum exitum nos exspectare jubet.*—ἄφρων καλὰ Ald. ἄφρων καλαδρόσοισιν Turn. ἰῦφρων καλὰ Med. Guelph. Rob. ἰῦφρων ἁ καλὰ Farn. Vict., ex emendatione, ut videtur, quam receperunt recentiores omnes, recte, ni fallor, favet enim et sensus et metrum, Blomf. tamen ψακάλοις reponendum suspicatur, vix recte. ἁ καλὰ notum est Dianæ epitheton, vid. Feder. p. 9.

139. δρόσοισιν Med. Philelph. Guelph. Ald. Rob. Turn. Vict. δρόσοις Farn. et sic male, plurimorum librorum lectione posthabita, Schütz. et Blomf. metri, ut videtur, causa, de quo propter corruptam vocem sequentem judicare non poterant; ν autem ἐφελκυστικόν, quod propter vocem sequentem, quæ vulgo male a vocali incipit, additum est, omisi.—ἀίλπτοις Med. Phil. Guelph. Ald. Rob. Turn. ἀίπτοις Flor. ἀίπτοισι Farn. Vict. et sic legit Schol. idque receperunt recentiores omnes, sed in eo explicando multum frustra sudarunt; nam quas Schol. dat explicationes: τοῖς ἴστισθαι τοῖς γυνιῦσι μὴ δυναμένοις et τοῖς μὴ δυναμένοις πτῆναι, earum neutra ulla analogia nititur. Hinc ἀίφθοισι emendavit Pauw., ἀπτηνὶ Heath. ἀλίπτοις *ovo nondum exclusis* Blomf. Sed locus eodem modo mihi sanandus videtur, quo Suppl. 90. restitui, nam ΑΕΠΤΟΙΣ nihil est nisi ΛΕΠΤΟΙΣ, altera autem lectio ἀλίπτοις ex hac correctione ἀιπτοις nata est. Hæc emendatio, (qua succurritur etiam librorum lectioni δρόσοισιν pro δρόσοις; quæ metrum pessumdaret, si ἀίπτοις verum esset) tam certa mihi videtur, ut eam receperim; in genere enim masculino vix quisquam, puto, hærebit.—ὄντων libri omnes, præter Rob., ubi ὁλῶν (sic, sine spiritu) legitur, et Flor. Farn., in quibus vocabulum omittur. λεόντων emendavit Stanl. ex Etymol. M. p. 377. καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺς σκύμνους τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε, procul dubio recte, et receperunt Glasg. Schütz. Both. et dubitanter Blomf.

141. ὀκρικάλοισι Guelph. Ald. ὀβρικάλοισι Flor. Farn.—τερπνὰ δὲ τούτων dedit Blomfield., qui post ὀβρικάλοισιν punctum posuit et versum finivit, sensum pervertens. Idem δὲ inseruit Lachm. de chor. syst. p. 56.

142. αἰτῶ Schütz. probante Butlero, sed nulla mutatione opus esse videtur: *Diana postulat, ut tanquam faustum omen interpreter avium ap-*

δεξιὰ μὲν, κατάμομφα δὲ φάσματα στρουθῶν.
ἰήϊον δὲ καλέω Παιᾶνα,
μή τινας ἀντιπνόους Δαναοῖς χρονίας ἐχενῆδας
ἀπλοίας τεύξῃ,
σπευδομένα θυσίαν ἑτέραν, ἄνομόν τιν', ἄδαιτον,
νεικέων τέκτονα σύμφυτον, οὐ δεισήνορα. μίμνει
γὰρ φοβερὰ παλίνορτος
οἰκονόμος δολία, μνάμων μῆνις τεκνόποινος.
τοιάδε Κάλχας ξὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέ-
κλαγξε

paritionem. Si quid mutandum esset, præferrem αἰνεῖ, quod legisse videtur Humboldt.—κρᾶναι Med. (teste Blomf.) et Ald. Rob., quod receperunt Glasg. Schütz. φάναι Vict. Schol., sed κρᾶναι Med. (teste Buttlero) Guelph. Flor. Farn. Turn. quod sensu postulante cum Blomf. recepi.

